Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



364

Uxorem suam uult mulsere. cum synagoga aduentu suo uult puchere. Affert ei hedum de capris. cum ipse in similitudine carnis peccati apparuit ei. natus de patriarchis. Cubiculum ei solito more uult intrare. cum intime dilectionis affectum studet synagoge demonstrare. carnem de ea assumendo. ipsi primum euglibando. mortuos ei suscitando. et uarios languores curando. Pater illi cum prohibet. quia ordo doctorum synagoge assensum dilectionis ipsi non exhibet. Putauit inquit quod odisses eam. quia pro eo quod ego ipse dilectionem di et parem non habe ba. te quoq; dn et parem meum non cognoscebam. Putauit quod eam odisses. pro eo quod ei auaricia et mundi glam ul carnis luxuria euglii tui predicatione intuli rissest. Et idcirco tradidi illam amico tuo. moysi legis latori suo paranimpho tuo. quia ei dilectionis suae affectum ostendebat. dum ipsi mundi ul carnis uoluptatem. per scriptura legis indulgebat. Sed habet sororem ecclam gentium. synagoga meliorem. quae temporis posteritate illa est iunior. et fidei perfectione. ul dilectionis compositione. est pulchrior. Sit tibi pro uxore. quia profecto ipsa tibi est multo carior. Samson respondet. cum xpe esitui sui mysterium. a seculis absconditum. suo aduentu expandit. Ab hac die mee passionis. qua me lapide angulari reprobastis. uos quia in cultu legis. templum dei patris. uos edificare putastis. Non erit culpa in me. per quam iuste possitis conqueri de me. Sunt phylistrosi. immutato nomine iudeos. Phylistim enim ruina duplex interpretatur. per quam ipsi synagoge filii designantur. qui per xpi aduentum. per sua perfidia in ruinam duplicem animae et corporis perpiantur. Unde symeon ad mariam matrem ei loquitur. Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum israel. facian enim uobis mala. qui per innumeris bonis. innumera in retribuistis mala. Samson pergit. cum xpe de synagoga exit. Trecentas uulpes capit. cum omnifanas demonum acies emittit. De quibus uulpibus dicit in carticis. Capite nobis uulpes parvulas. que demoliuntur uineas. Caudas earum ad caudas iungit. dum suggestiones spiritum malignorum. et digestiones uiciorum. admiscet eiungit. Quia enim in cauda finis est corporis. et locus digestionis. recte in caudis miscet sibi copulans. exprimit digestio cepte puritatis. et est summatio totius iniquitatis. De qua caudarum copulatione. est illud testimonium prophete. Homicidia. adulteria. et piuria inundauerunt. et sanguis sanguinem tangit. Sanguis enim sanguinem tangit cum culpa culpam gignit. Faces in medio ligant. cum incendia suggestionis et delectationis. caudis malignorum spiritum ul uiciorum apponunt. faces igne succendunt. cum suggestiones et delectationes diabolice. diuine equitatis permissu accendunt. Vulpes dimittunt. ut huc illucq; discurrant. cum ante puritatis diuinitas